



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem

Scardeone, Bernardino

Venetiis, 1542

Quantum differat ultra coelibum a uita coniugatorum, atq[ue] impudicorum
cap. xvi

urn:nbn:de:hbz:466:1-30433

fidoleant, quatenus sibi ipsis propter eiusmodi sollicitudinem nec uiuere, nec mori satis uacet. Adest, n. morientem uxor singultans, & lachrymis madens; adsunt liberi fletus, & quasi orantes ne se iam iam efflaturus aiam pater deleat. Atque ita fit ut miseri parentes dum migrant è uita, nondum sibi desinant esse molesti, prope quod in uita ulterius quod uitæ terminus postulat de liberis supstitibus cogitant. Norat id probe Iacob ille antiquus totius Israelitici populi pater, qui moriens, accitis ad se filiis, ita est primogenitum allocutus. Ruben (sic, n. est noiatus) primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei. Quibus uerbis innuit dolorem una cum filiis oriri parentibus solere, atque eorum spes immixtas semper esse & metus & noceroris aculeis: ideo primogenitum principium doloris appellat. O cœlibum ergo conditionem fortunatam, & uitam, & mortem fœlicem: utpote quibus liber semper est animus, atque id tantum curæ restat, quo pacto Deo seruiat, uiuat, ac moriantur. Sed ut, quod uere sit, hoc aptius dignoscatur, dimissis coniugatis de cœlibum tranquillitate dicamus, & breui oratione utriusque uitæ interuallum legentium animis ueluti in tabula conspiciendam proponamus.

Quantum differat uita cœlibum à uita coniugatorum
atque impudicorum Cap. XVI.

Sane quod diuersa sit uita cœlibum à uita coniugatorum, magisque è uita incôntinentium & impudicorum facile est iudicare, tamen non inter se distant, quantum portus, & pelagus, pax & bellum, mors & uita, siquidem libido semper occupatissima est: contra uero castitas semper uacua: illa cõfusam, & perturbatam uitam agit, hæc quietam, & tranquillam: illa spurcitiam, aut corruptionis parit notam, hæc mundiciam, & integritatis gignit florem: illa infamiam exhalat undique fœtorem, hæc clarissimi nominis spirat ubique odorem: fluctuat illa, hæc in portu quiescit: illa inter acies, & furorem armorum semper agitur, hæc extra omnem tumultum in se ipsa posita

DE MOLESTIIS CONIV.

dulci pace perfruitur. Castis præterea in tota uita aridetur
largitas, beneficentia, hilaritas, libidinosis uero contra so-
licitudo auaritia: ambitio in omni ætate grassatur. Plato
iccirco dicit homines continentes, & uoluptatum uicto-
res foelicissime triumphare: molles autem, & à uolupta-
tibus pessundatos instar mancipiorum captiuos duci: in-
felicesque semper esse, & miseros. Sed quid opus est
pluribus uerbis: ut facilius, & expressius pateant, quæ di-
cimus, proponenda est hic sub aspectu utriusque uitæ
ratio, ac uelut imago quædam suis coloribus effingenda.
Itaque proponamus animo, & cogitatione duos ho-
mines contrariis prorsus moribus inter se præditos, u-
num liberum, alterum occupatum: unum miserum, &
mordacibus undique curis circum uallatum, instabilem
solicitem anxium: alterum uero tranquillum, nihilque
habentem, quod aut conturbet animum, aut remordeat
at conscientiam: quippe quem non uxor exagitat, non
anxia liberorum cura sollicitat, non concubina corrodit,
non infamia pungit, non strepentis domus murmur ob-
tundit: non opprimit graue æs alienum, nõ nimius sum-
ptus extenuat. Porro sicut ille totus alterius est, atque
malis undique oppressus, ut par molestiis esse non possit,
ita hic noster ex aduerso solutus curis, liber, ac domi-
nus sui præ illo foelix est ac perbeatus, utpote solus abs-
que uxore, & liberis, ac de nulla re anxius sed in spe coe-
lestis gaudii animo semper tranquillus. Talis aut si quan-
do uideatur ociosus, & solitarius, & tristis, tunc est maxi-
me lætus, & honestissime comitatus. Is enim legendis
do & meditando iucundissime cum Deo uersatur, & ali-
tissimæ contemplationi conditoris inhæret: & est ipse
quidem uon affluentiã diuitiarum, sed cupiditatis mor-
do, uel in ipsa sua tenuitate ditissimus. Ducit itaque uitæ
castus tranquillum æuam, securas, ac quietas noctes, læ-
tos, & iucundos, atque alcyonios (ut aiunt) dies: quippe
qui ex penu quanuis pauperi sufficientem, ac beatam

prom-
nio in-
parun-
bene-
tanqu-
num
dormi-
radicu-
quo m-
nis car-
moder-
ris per-
cunda-
pe qu-
doriæ
sibi ob-
dæ cit-
qui in-
senem-
ait esse
stissim-
simos
esse m-
est del-
luxu &
tam ce-
re plac-
sam in-
tem tu-
atque
tos. V-
quam
contir-
dolor
tera iu-

promit mensam: suæq; gaudens conscientia testimonio interna pace usquequaque perfruitur. Hinc est quod parum nihilve de morte sollicitus curate quin memoria beneactæ uitæ, & spe futuræ retributionis, ex hac uita tanquam ex hospitio in patriam transire desyderat, Psal. Pal. 4. num sibi illum dauidicum canens. In pace, in id ipsum dormiam, & requiescam. Est huic ergo conscientia paradisi, solitudo uoluptas, cubile templum, utpote in quo meditari didicerit, non rixari. Is utique modo diuinis canticis delectatur, modo literariis studiis eruditur, modo diuinis meditationibus exercetur: ut nihil temporis per segnitiam illo sibi momento pereatur. Huic iucunda etiam uenit senectus, quæ aliis est molesta quippe quæ uictrix deliciosæ iuuentutis, exoptatam diu uictoriae lauream sibi est allatura. Nam senex qui nullius sibi obscœnitatis est conscius: spe certa afficitur adipiscendæ cito beatitudinis: quæ uel una affectam multis aliorum qui incommotis senectutem, & releuare, & delectare senem potest. Sed & Plato in libris de legibus duplex ait esse uitæ genus, alterum iucundissimum, alterum iustissimum: & qui uitam uiuunt iustissimam, eos foelicissimos esse: contra, qui iucundissimam sine uirtute, eos esse miserrimos. Et alibi pro certo dicit, quod sicut plus est delectationis in ipsa temperantia, & castitate, ita & in luxu & libidine plus doloris. Qui recte inquit iudicat, uitam continentem, ac temperantem, statuit in unaquaque re placidum esse, ac tranquillam: contra uero luxuriosam in unaquaque re inquietam, ac perturbatam, habentem tum dolores, tum uoluptates intensas, insanasque, atque amores urgentes, & supraq; dici potest inflammatos. Voluptates etiam plures esse dicit in temperantia, quam dolores, tum amplitudine, tum etiam copia, & continuatione: in luxuria uero contra longissimi insunt dolores, breuissimæ uoluptates: ideo fit ut inde uita altera iucundior, altera acerbior, necessario naturæ lege

sequatur. Quicumque ergo cupit læte, & iucundæ absque dolore uiuere, caueat ne uiuat luxuriose. Hactenus Platonis. Ad probanda insuper huius uitæ commoda, si placet, Metelli quoque Numidici grauis, ac disertus uiri testimonium producamus. In ea nanque oratione, quam in celsura sua ad populum Romanam de ducendis uxoribus habuit, ita elocutus ferunt. Si sine uxore (inquit) possemus. Quirites esse, profecto libenter oēs ea molestia careremus, sed quoniam ita natura comparatum est, ut neque cum illis satis commode, neque sine illis ullo modo uiui possit, salutis perpetuæ potius, quam breui uoluptati consulendum est. Vide quales quomodo Romani instanti per ea tempora propter molestias coniugiorum abhoruerint à ducendis uxoribus, ut necesse fuerit hortari eos publice per Censorem ad matrimonia capefcenda, non ob aliquod priuatum commodum, sed propter defectum populi ad communem utilitatem. Sapienter sane appellauit Metellus cœlibatum uoluptatem: & maximum commodum dixit esse carere uxore: non quod ethnicus homo, quæ esset uirtus castitatis: neque quod ullum premium putarit esse uirginitatis: sed ab ipsa solum natura edoctus norat cœlibatum nuptiis fœlicitate longe præstare. Quin etiam Epicurus ipse tantus uoluptatis assertor præcipit in eunda raro coniugia: quæ multis essent referta incommodis, uoluptati quam assererat, infensis. Dicebat. n. in his rebus hac usurum esse compensatione sapientem, ut ipsam etiam uoluptatem superat, si ea plus doloris allatura sit, quam iucunditatis: ut est uidere in his, quæ ad ueneriorum usum pertinent.

Voluptatem animi multo iucundiores esse quam corporis. Cap. XVII.

IS quoque Epicurus iucundissima quæque (quis sensu corporis iudicentur) ad animum tamen transfere